



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. Primæ Partis Opera Historica,  
Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

Reverendissimo Et Illvstrissimo Principi, Dn. Jvlio Episcopo Wircebvgensi,  
Dvci Franciæ Orientalis, &c. Dn. Clementiß. S. P. D.

**urn:nbn:de:0128-1-17297**



REVERENDISSIMO ET IL-  
LUSTRISSIMO PRINCIPI, DN. JULIO  
EPISCOPO WIRCEBURGENSI, DUCI FRAN-  
ciae Orientalis, &c. Dn. Clementiss.  
S. P. D.



Perosas diligentissimi Germani-  
carum rerum scriptoris lucubra-  
tiones, ad obliuionem prope ten-  
dentes, posteritatis gratiã in lu-  
cem reuocaturò, illisque patro-  
num & vindicem dignum cir-  
cumspicienti, non fuit mihi velut in ancipiti ele-  
ctione diu deliberandum; si seruatum à me ha-  
ctenus studiose morem in edendis & inscriben-  
dis variis vtriusque linguæ monumentis mutare  
nollem, vt non nisi quibus conuenire maximè  
adeoque deberi viderentur, quæque vltro siue  
dedicarem siue restituerem. Quot enim nomi-  
nibus ista Trithemiana, ad Francæ potissimum  
gentis tuæque Ecclesiæ illustrationem pertinen-  
tia, tuo meritissime nomini debeantur, Præsul  
illustriissime, vel me tacente ipsa loquuntur: vt-  
pote quæ & in solo tuo nata, & antecessoribus  
tuis ab auctore primitus inscripta fuerunt. Sed  
nec ignotum est, vt Abbatum ille post D. Bern-  
ardum omnium faciliè doctissimus, & æui sui  
(quod inolitam ab aliquot sæculis barbariem

Trithemij

Opera  
historica

tunc primulum exuere, diuino beneficio resti-  
tutis bonis litteris, earumque vtilissimo instru-  
mento Typographia reperto, cœperat) non po-  
stremum decus, post partam plurimis in omni  
genere scriptis nominis famam, virtutis fato per-  
petuo fortunæ calumniæq; iniquitatem, & ipse  
expertus, inuidiæq; cedens, cum quidem ei sum-  
morum Principum præsidium nusquam deef-  
set, apud Herbipolin tandē tuam senectuti stu-  
diisque suis optatissimum secessum elegerit: vbi  
ad vitæ finem propositi tenax laborisque inde-  
fessus, ex arādis libris vere immortalis diem clau-  
sit. Quæ inter immensarum lucubrationum mi-  
racula, & numero & mole sua posteris stuporem  
allatura, principem facile (si extarent) locum ob-  
tinerent fusissimi illi Germaniæ Franciæve An-  
nales in tres Tomos tributi: quos tunc ex omni-  
bus omnium ætatū monumentis Herculeo pla-  
ne labore concinnatos & absolutos reliquit; sed  
vix sedere non potuit, per breui tantum primi  
Voluminis compendio (ex quo ceu vngue leo-  
nem æstimare datur) ad prædecessorem tuum  
Laurentium de Bibra emisso. Quod certè opus  
& auctoris famæ, & rerum varietate suaque perfe-  
ctione quantiuis precii habendum, merito Do-  
ctorum vota iam dudum ingēti desiderio requi-  
runt; vt si haberent, facile aliorum iacturam ferri  
posse putarent. Habuit enim vir ille præter eas  
dotes, quibus victuros meditātem libros instru-  
ctum esse oportet, iudicii acrimoniam, stili facili-

ritatem

tatem, v  
ris tolera  
manifesta  
aliorum  
Bliothec  
ctæ & au  
thesauru  
cessorum  
iuria &  
sublatū  
dā mod  
fatis dep  
Princip  
rum ea t  
magno  
bono D  
sicertati  
Amiciti  
studio, c  
grauioru  
fis & circ  
tas deinc  
autoritat  
singula n  
coenobia  
tum hab  
rificum c  
re & haru  
guntur,  
excitat &

tatem, variam lectionem, accuratorem & laboris tolerantiam, ad institutum illud condendam omnifariam historiam illa in superadminicula, quae aliorum vix vlli talia suppetebant. Vnū dico Bibliothecae Spanhemensis à se potissimum structae & auctae, variorum & optimorum codicum thesaurum incomparabilem: quem postea successorum partim incuria, partim temporum iniuria & bellorum civilium turbis, direptum & sublatū intercidisse, vt vix vilia eius ruta cesa quaedam modo apud Stauronesum asservata supersint, satis deplorari non potest. Alterū, noticiam cum Principibus & magnis per Europam viris, (quorum ea tempestate bonam segetem succrescere, magno diuinarum humanarumque litterarum bono Deus voluit) qui illius familiaritatem quasi certatim exambiebāt, & consuetudinem veris Amicitiae vinculis, concordiae virtutis & doctrinae studio, copulatam: quorum ope nil non rerum grauiorum in patria forisque gestarum cum causis & circumstantiis suis rescire potuit, & in chartas deinceps conuicere, non paulo meliore fide & autoritate, quam vulgus scriptorū (cum quidem singula non Cathedralia tantum collegia, sed & coenobia, aliquē annalibus annotandis destinatum haberent) factitaret. Quae ipsa cogitatio mirificum certe in eorum animis, quotquot meliore & harum litterarum curā & patriae amore tanguntur, desiderium videndi eximii illius operis excitat & incendit: vt cum non desperent, illud

Tithemij

Opera  
historica

ex aliquo Bibliothecarum vrbs ditionisve tua  
angulo erui posse; tam verò existimanti cum-  
primis bonum factum dignumque te tanto præ-  
sule & studiorum patrono fore, si tuis auspiciis  
Reipublicæ thesaurus ille potius quàm liber re-  
stituatur. Quam in rem vt aliquid curæ conferre  
digneris, idemque non obscurâ voce efflagitan-  
tes Trithemianos istos libros liberosve, fratrum  
suorum indigna seruitute oppressorum vindi-  
cias inclamantes, à te impetrare patiare, Prin-  
ceps reuerendissime, si publico nomine te eni-  
xe obtestarer, speravi te pro clementia & hu-  
manitate summa vtique boni consulturum.

Bene vale. Myrtilleti, Kal. April. Anno

Dominicæ natiuitatis

M D C I

R. Celf. T.

*deditissimus*

MARQ. FREHERVS.

A D